

Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

XXII. Differentia 7. Iure civili non fit mora reipsa, sed interpellatione
secuta, congruo loco, & tempore,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

XXII.

DIFFERENTIA 7.

Iure civili non fit mora reipsa, sed interpellatione secuta, congrua loco, & tempore. Mora, π. de usur. Sed Iure Canonicō fit mora reipsa in tarda solutione decimarum, c. Decimæ 16. q. 1. c. Cùm homines, de decim. Bartol. 107.

I. IN l. cit. Mora, dicitur quidem non ex re, sed ex persona, moram fieri, si interpellatus debitor opportuno loco non solvit: Bronchorst. Cent. 2. assert. 78. sed interdum reipsa quoque fieri, si fortè non extat, qui conveniatur, l. 23. et Ispianus affirmat, & plures casus enumerantur in Glossa Gottofredi. Nam 1. contingit in illis, quæ debentur Fisco, l. Cum quidam, §. Fiscus ex suis, π. de usur. Bartol. in l. de his, quib. ut indign. 2. in illis, quæ debentur Ecclesiæ per ultimam voluntatem. Gloss. singularis in §. Item mixta, l. de action. & notat Bald. in Autb. Hoc amplius, C. de fideicom. 3. In causis, ex quibus debetur minori, l. In minorum, C. In quib. caus. rest. in integr. non est necess. In minorum persona re ipsa & ex solo tempore tardæ pterii solutionis, recepto juremoram fieri creditum est; in his videbitur, quæ moram desiderant, id est, in bona fidei contractibus, & fideicommissis, & legatis. Ea quæ mora à quibusdam irregularris vocatur. 4. Indote post biennium, l. 1. §. Preter ea, C. de iure dot. Quo casu per lapsum biennii in mora constituitur debitor absque omni inter-

pellatione, l. D. v. sime, π. Sol. matrim. 5. In eo, qui teneret rex delicto l. 1. §. Rectissime, & l. Merito, π. de vi, & vi arm. Fur enim, & morolus æquiparantur, l. Inter stipulatorem, §. pen. de verbis. oblig. 6. In contradicibus ultero, citroque obligatoriis, cùm unus adimplevit: alius enim tunc reipsa constitutus in mora videtur, l. Curabit ff. de iure emphyt. & l. Italianus, §. Ex venditione, ff. eod. 7. Denique in omni illo, qui promisit se facturum, vel curaturum aliquid, nam sublatâ omni interpellatione in mora constituitur, quia tacite subintelligitur facturum, quamprimum potest. Socin. in Reg. 269. Tholos. l. 21. c. 14. Bronchorst. l. cit. assert. 81.

II. Quod Canones artiner, in c. Cùm homines, de decim. Alexand. III. cogi vult illos de hortona, ut decimam statim per tolvant, absque ulla deductione impensarum. Et Glossa ibid. tardius exhibere peccatum esse dicit, eosque in mora constituti, qui non statim faciunt, v. Decim. in Reg. 133. §. Vnica mora, Valens. l. 3. tit. 30. §. 50.

XXIII. DIFF.